

PARS QUINTA  
VESTINI.

LXXII. ATERNVM VICVS (Pescara).

Ostia Aterni et chorographi Mela 2, 4, 65 (cf. Plinius h. n. 3, 12, 106) et Ptolemaeus 3, 1, 20 nominant et lapis miliarius infra edendus, unde constat imperatorem Claudium viam Claudiam Valeriam antiquae Valeriae adiunctam fecisse a *Cerfennia ostia Aterni*, et itineraria (p. 204 III—VI), ex quibus maritimum p. 497 etiam traiectus meminit ab *Aterno Salonas in Dalmatia* stadiorum MD. Oppidi ad ea ostia siti mentionem faciunt Strabo 5, 4, 2 p. 241: τὰ μὲν οὖν ἄλλα κωμηδὸν ζῶσιν, ἔχουσι δὲ καὶ πόλεις. . . ἐν αὐτῇ δὲ τῇ θαλάττῃ τό τε Ἄτερνον ὄμορον τῇ Πικεντίνῃ, ὁμώνυμον δὲ τῷ ποταμῷ τῷ διορίζοντι τὴν τε Οὐρηστίνην καὶ τὴν Μαρρουκίην. . . τὸ δὲ πόλισμα τὸ ἐπώνυμον αὐτοῦ Οὐρηστίνων μὲν ἐστὶ, κοινῶ δ' ἐπιναίφ χρῶνται καὶ οἱ Παιλίγνοι καὶ οἱ Μαρρουκίνοι, Vibius Sequester p. 3 Burs. (*Aternus Hadriae decurrens per Marsos, ubi et Ostia vitas*, pro quo scribendum est *civitas* potius quam *vicus*), itinerarium An-

tonini supra p. 204 *Aterno vicus* (ita enim liber optimus, cum reliqui habeant *Aterno civitas* ex interpolatione), Marcellinus comes (p. 326 Ronc.: *Ioannes . . . Samnitum regionem ingressus est Aternoque oppido expugnato Tremonem Gothorum ducem cum suis prostravit*), denique liber coloniarum p. 226 (cf. p. 253), ubi in Piceno recensetur *ager Aternensis*. Ex his quod intellegitur meliore aetate Aternum rem publicam non habuisse, sed portum fuisse proprie Vestinorum, id tituli confirmant ad Pescaram inventi in sinistra ripa, in qua ipsa antiquitus vicum Aternum fuisse locorum gnari censent (Allegranza opusc. p. 246; Corcia storia 1, 160), nam pauci sunt neque ullus adest rei publicae propriae indicium prae se ferens. Labente demum saeculo vicus hic civitatis formam induisse videtur; oppidum Piscariam novit primus Paulus Diaconus (v. p. 202). — Tituli Aternini traduntur fere cum Teatinis.

3336 [= 6104] Pescaræ in muro postico ecclesiae S. Crucis in Ierusalem BRVN. Frustra quaesivit DRESSEL.

vicTORIAE  
AVGVSTAE  
SACRVM

Ex Brunetti marmoribus Aprutinis ms. Antinorius.  
I . . . . . | . . . TORIAN traditur.

3337 [= 6106] litteris pulcherrimis TOPPI. Pescaræ ANGELELL. LIGOR.; in regione trans Aternum CAMARRA; Pescaræ in un angolo della porta della chiesa di S. Comizio PANSA f. 258 et inde TOPPI f. 112 (eius nominis ecclesiam frustra Pescaræ indagavit Dressel). — Sine loco inter Urbinates CASSANDER; nec magis locum adnotaverunt TOPPI f. 380 et VALIA.

L · CASSIO · FERMO  
DORO · NAVCLERO  
QVI · ERAT · IN · COLLEG  
SERAPIS · SAON · PER  
5 FRETA · PER · MARIA · TIA  
IECTVS · SÆPE · PER · VMD  
QVI · NONDEBVERAT  
OBITVS · REMNERE  
IN · AERN · SET · MECVM  
10 CONIVNX · SI · VIVERE  
NOLVERAS · AT · STYGA  
PERPETVA · VEL · RATE  
FVNTEREA · VTINAM  
TECV · COMITATA  
15 FVISSE · VLPIA · CANDI  
DA · DOMV · SALON · COI  
B · M · P

Augustinus Angelellus misit Aldo cod. Vat. 5237 f. 71 addens: *queste tre iscrizioni* (sunt haec et Interamnates duae infra editae) *mi sono state date da un giovane ben intendente, che l'ha portate d'Abruzzi e copiate fedelmente* eodemque exemplo Caesander Hadrianus in add. codicis Angelicani f. 54; Ligorius cod. Taur. 13; Pansa apud Toppium in advers. f. 258 (eius v. l. non edidit Capassus); Camarra Teate p. 78 (inde Toppi in advers. f. 112; Reines. XIV, 171 a Graevio; Spon. misc. p. 68 e

Camarra; Donati 236, 1 e Sponio) eodemque exemplo Toppi in adversariis f. 380, ubi adscriptum est: *collazionata pulitamente*; Allegranza opusc. p. 247; duo frusta descripsit Valia. Burmann anth. IV, 360; Meyer anth. n. 1288; Henzen n. 7255.

Versus continuant Ligor. Pansa. — Litteras contignatas repraesentant Angel. Cass. Cam. Toppi 258 Valia. Quae Valia non vidit, dedi inclinatis. — 4 SERAPYS Cam. Toppi. — 6 SEPE PER VID Lig. — 7 NONDEBVERAT Angel. Cass. Toppi. — 8 . . MNERE Val. — 9 IN om. Lig. — ATER Lig. — 10 CONIVNX SI Toppi (ut vid.), COIVNX SI Cam., CONIVX SI Lig., CONIVGE SI Angel. Cass., CONIV SI All., CON... Val. — 11 AD Cam. — STYCA Ang. Cass., STVGA Lig. — 12 PERIETVA Ang. Cass. — 13 FVNTEREA-VTINAM Ang., FVNTEREA-VTINAM Toppi. — 14 TECV Ang. Cass., . . V Val., TECVM reliqui. — COMMITATA Lig., CONITATA Val. — 15 FVISSE Ang. Cass. Toppi All., FVISSEM Lig. Cam. — 16 DOMVSAON Ang., DOMVSAON Cass., DOMVSSALON Lig. Cam. Toppi (?) All. — COI Ang. Cass., COL Lig. All., COF Toppi, C... Cam., CO Val. — 17 B·M·P Ang. Cass. Lig., M·P Cam. Toppi (?) All. Val. Cf. n. 3338.

3338 [= 6107] Pescaræ.

{AERN · QVI · FVIT · IN · COLL · ISID  
navis

Ligorius Taur. 13; Camarra Teate p. 78 (cum exscriptoribus nominatis ad n. 3337) eodemque exemplo Toppius in adversariis f. 380 (inde Capassus l. c. p. 4); Allegranza opusc. p. 247, qui aere expressit tab. 4 n. 4.

Titulum hunc Capassus indicavit praecedentis partem non recte; nam Allegranza vir diligens et peritus, qui hunc propter navis figuram in aere incidi iussit, diserte ait: *due lapidi sono queste . . . la prima quantunque spaccata, si legge interamente . . . la seconda* (haec) *vi è per metà con una barca di sotto benissimo scolpita*. — ATER Lig. — COLLEG Lig. — YSID Cam. Toppi.

3339 litteris bonis. Rep. prope Pescaram alla collina di Fontanella, deinde in turri campanaria aediculae rusticae S. Rochi delle piane; iam Chieti in museo.

C · CETRIO ♂  
SERVIO  
C · L · CETRIA  
AESCINHYNES sic  
5 PATRONO · ET  
SIBI ♂ ET ·  
FILIO ♂  
P  
manus duae  
iunctae

Dressel descripsit. Misit Leosinius a. 1856 Instituto archaeologico, de Riseis mihi.